UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Del' Venerabile Servo Di Dio Hippolito Galantini Fiorentino

Baldocci Nigetti, Dionisio

Roma, 1657

Protestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13209

Visual Library

PROTESTATIO.

LEctor aduerte in elogijs Serui Dei Hyppoliti Galantini quos auctor hoc libro complexus eſt, nonnulla obiter attingi, quæ Sanctitatem Ipſi videant adſcribere; perſtringuntur nonnunquam aliqua, ab eo geſta, quæ cum vires humanas ſuperent miracula videri poſſunt, quæ præſagia futurorum, arcanorum manifeſtationes, reuelationes, Illuſtrationes, & ſi quæ ſunt alia huiuſmodi: beneficia Item in miſeros mortales eius Interceſsione diuinitus collata, demum illi ſanctimoniæ videtur appellatio tribui. Verum hæc omnia ità Lectoribus proponuntur, non tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam quæ à ſola ſuorum authorum fide pondus obtineant, atque ideo non aliter quam, humanam hiſtoriam. Proinde Apoſtolicum S.Congregationis S.R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum anno 1625. editum & anno 1634. confirmatum integrè atque inuiolatè iuxta declarationem eiuſdem Decreti à Sanctiſſimo D.N.D. Vrbano PP.VIII. anno 1631. factam ſeruari hæc, omnes intelligant, nec quæri vel cultum, aut venerationem aliquam per has narrationes illi arrogare, vel famam & opinionem Sanctitatis inducere, ſeú augere, nec quicquam eius exiſtimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando Illius Beatitudinem, & Canononizationem, aut miraculorum comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu relinqui, quem ſecluſa hac lucubratione, obtinerent, non obſtante quocumque longiſſimi tempus curſu. Hoc tàm ſanctè profiteor quàm decet eum qui S.Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab ea in omne ſua actione dirigi.

Ego Albertus Galganettus Sacræ Paginæ Doctor, Eccleſiæ Fæſulānæ Præpoſitus, & Cauſæ Beatificationis, & Canonizationis huius venerabilis Serui Dei Procurator in Curia ita teſtor, atque profiteor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN